xvi°

Dominica infra ascensionem domini.
Lectio sancti evangelii secundum Iohannem.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis: Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre spiritum veritatis qui a patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. Et reliqua.

Omelia Herici de eadem lectione.

Positus terrena dum cum discipulis postquam misteria novi testamenti corporis et sanguinis sui consecratione signavit, instante iam hora sue passionis inter cetera quibus dignatus est eos erudire monuit ne impiorum qui se persecutione sevientem terrerentur ne ut fide cederent, sed in omnibus invictum robur constantie tenerent: adventu etiam spiritus sancti promisso, cuius gratia interno cordis [illegible] et virtute celestis roboris fundarentur. Denique si divine scripture oracula consulamus: apte cognoscimus quod sancti apostoli ante perceptionem sancti spiritus, qui die decimo post eius ascensionem in celos super eos missus est, minus ydonei et capaces fuerunt ad intelligenda misteria divine sublimitatis: minus etiam fortes ad tollerandas adversa illate persecutionis. Adveniente autem super eos spiritu sancto: cum augmento divine cognitionis constantiam perceperunt ad perferenda tormenta passionis. Quod ut exempli gratia evidentius pateat: ipsum apostolici culminis verticem beatum Petrum in medium deducamus. Nam antequam spiritu sancto roboraretur, adeo infirmus ac pavide mentis fuit: ut ad vocem unius ancille dominum se nosse negaverit. Verum postquam sanctus spiritus igneus visione ante singulorum pectora accendit, tantam subito fortitudinem animo concepit, ut pre cunctis apostolis ad gloriam resurrectionis Christi publice predicandam emineret, atque principum [illegible] terriculamenta contempneret dicens: Obedire oportet deo magis quam hominibus. Et item: Non possumus que vidimus et audivimus non loqui. Animadvertendum ergo beatum Petrum predicatorem quem doluimus infitiantem. Tanto iam spiritus sancti fulgore illustratum et tanta veritatis auctoritate solidatum: ut ipsos qui ante fuerant interfectores Christi ita argueret, quo etiam mori vellet pro amore Christi. Proinde loquens dominus discipulis et promittens eis adventum spiritus sancti qui eos doceret scientiam divine cognitionis et corroboraret ad fiduciam predicationis atque constantiam passionis, dicit: Cum venerit paraclitus quem ego mittam vobis a patre: et cetera. Ordo verborum talis est: Cum venerit paraclitus: ille testimonium perhibebit de me. Paraclitus namque hic est spiritus sanctus, testimonium perhibuit de domino Iesu Christo, qui cordibus discipulorum illapsus plenissimam eis divinitatis seu humanitatis Christi scientiam contulit. Adeo ut Christum mortalis fragilitas pateretur, quicquid de eo sentiendum est nossent, quoniam unus cum patre esset substantie eiusdemque maiestatis, qui et qui ante secula deus erat apud deum homo inter homines apparuit in fine seculorum: quod de virgine natus

accepit ut idē hō idem deꝰ
et deꝰ: qd sponte passus sua
virtute a mortuis resurrexit
atqȝ in celū ascendens ī patris
dextera sedet: postremo qꝫ
ipse ī fine mūdi e quibus omī iu/
dex venturus sit. Hec oīa sūt
apli de xpo spūs sci magisteri
o didicerūt. Nec solū illi: ve/
rū etiā oēs q recti aliqd de xpo
senserūt: huiꝰ spūs grā hoc p/
meruisse credendi sūt. Phibu/
it etiā testimoniū: qn aplis grā
tiā ea q didicerāt pdicandi
inspiravit. Uno eodēqȝ spū. et
sūe spiritalis dote. et virtutis
ad predicādū ope donati sūt.
Quod aūt ait Quē mittā vob
a patre spm veritatis q a patre
procedit: p interpositionē dictū
est. q figura grece dicit parēn
thesis. Quā sententiā ideo inter/
ponē voluit: ut aptē ondeŕet
in patre et filio unā eē volūtatē
et unā opatōez sūi distinctione
psonarꝫ: ita videlicet ut intelli
gamꝰ aliā quidē psonā patris aliā
filii aliā spūs sci: sed in tribus p
sonis unā atqȝ eandem ptatē
maiestatis. Intuendū vero qȝ dns
spm scm et a se mitti. et a patre
procedere dicit: nō quo separabilis
sit patris et filii operatio: sed ut
distantia psonarū patris et filii
manifestet. In qua tamē pso
narꝫ distinctione: una filii volū
tas atqȝ operatio. cū patris vo
lūtate et operatione concordat.
Sicut ergo spūs scs a filio mitti
tur. sic mittitur a patre: et
sic procedit a filio quomō et a

patre. Ipse spūs scūs q̄ uniꝰ est
volūtatis eiusdēqȝ opationis cū
patre et filio: dicit quoqȝ ipse sua
sponte venire. Quod patenter
ī eo loco dns ondit ubi ait:
Spiritus ubi vult spirat. Et aptus
eminentatis diuinorꝫ carismatū
distributionibus: subdit. Hec oīa
operat: unꝰ atqȝ idem spūs. Id spm
quoqȝ dns ī hoc loco ondit dicēs
Cū venerit paraclitus. Quia vero et
a filio mittitur: subiūgit ipse filiꝰ
et dicit Quē ego mittā vob.
Et ut ondat a patre illū etiā pro
cedere: subinfert Spiritū veri
tatis q a patre procedit. Propterea
scitu indignā nō ē: cur spūs
scūs nō natꝰ nō genitꝰ nō ingeni
tus sed potius procedens dicatur.
Cui questioni hac ratione a patri
bus obviatur. Spiritus enī scūs
de patre procedit et filio: sed ide
o nō dicit genitus: ne duo ī
trinitate filii suspicent. Ideo
nō vocatur ingenitꝰ ne duo
patres ī trinitate patres credantur
existere. Procedens aūt dicit:
testimonio xpi dicentis Spiri
tū veritatis q a patre procedit.
Inter nascentē uero filiū et pro
cedentē spm scm ista distantia est:
qd filiꝰ ex uno nascitur. spūs
vero scūs ex utroqȝ procedit.
Adventu aūt suo spūs scūs
testimoniū phibuit de dnō:
qꝛ discipulorꝫ mētibꝰ infusus
oīa que de eo mortalibus erāt
cognoscenda clara eis luce re/
uelauit: apte videlicet eos ī
formās quomō sit pater ingeni
tus filiꝰ genitꝰ spūs scūs neqȝ
genitꝰ neqȝ ingenitus sed
ex utroqȝ procedens. Et ī hijs

tribus personis. vna maiestas
atque vna substantia. Et vos testi
monium perhibebitis. Testimoni
um perhibuerunt apostoli domino ihesu christo.
qui die penthecostes spiritu sancto
illustrati quem per illius aspirationem
agnoverunt inspirati: hec foris
conspecti aperto ore. libere
aliis predicaverunt. Quia ab initio
mecum estis. Quia enim ab initio pre
dicationis cum domino fuerant: pote
rant aliis predicare que noverant.
Multum quippe ad fidem predicandam
et ad perhibendum testimonium de christo
apostolis profuit. quod ab initio dominice pre
dicationis cum eo conversati sunt: quia
et temporis quantitate et sui assidui
tate plenius celestem disciplinam
repererunt. et ut ita dictum sit me
dullitus imbiberunt. Unde et
ea que ab ipso viderunt et audie
runt: absque ambiguitate aliis
predicabant. Cui rei attestatur
beatus petrus: qui in locum iude pro
ditoris alium substituere volens
aptum non huic neophitum id est
rudem sed longa conversatione
probatum: ex tempore videlicet dominice
predicationis eligendum statuit di
cens. Viri fratres oportet ex hiis vi
ris qui nobiscum conversati sunt
in omni tempore quo intravit inter nos
dominus ihesus et exivit testem fieri
resurrectionis eius ad plebem
unum ex istis: mathiam scilicet
qui fuit unus ex lxx discipulis
quos dominus in ipso predicationis
sue exordio post apostolos elegit.
Quanta autem auctoritate resur
rectionem domini predicaret: alibi
insinuat ita de christo dicens. Quem
deus suscitavit a mortuis. et

dedit eum manifestum fieri non
omni populo sed testibus preordina
tis a deo: nobis qui manducavi
mus et bibimus cum illo. post
quam resurrexit a mortuis. Hec
locutus sum vobis: ut non scandali
zemini. Providebat dominus que
persecutionum procelle tot predi
catores apostolos successure essent.
ideoque providere dignatus est eos
post ventura predicere: quo ve
nientia facilius possent tolle
rare. Minus nos afficiunt ma
la que previdentur: gravius ea im
provisa perturbant. Et intuendum
quia cum dixisset eos adventu spi
ritus illustrandos et sibi testimo
nium reddituros: illico futu
re persecutionis adversa subiunxe
rit. Quanto enim amplius spiritus ad
virtutum sublimia enituntur
eo maiora contra eos incendia
diaboli excitantur: qui confli
ctantibus resistere et sive per
se sive per membra sua inchoati
boni operis initia querit radici
tus extirpare. Dicit ergo do
minus. Hec locutus sum vobis:
ut non scandalizemini. Hoc est di
ceret. Idcirco vobis ventura
postmodum innotesco: ut patien
tie clipeo muniti: nequaquam
a statu vere soliditatis decidatis.
Absque synagogis facient vos. In
evangelio invenimus conspirasse
iudeos: ut si quis confiteretur christum
extra synagogam fieret. Quod
nimirum apud illos. pro magno
piaculo deputabatur. Hanc
apud iudeos olim viguisse con
suetudinem nemo dubitaverit:

ut eos qui uel blasphemie uel
alicuius sceleris arguebantur ex
tra conuentum suum expellerent
Sicut enim nunc homicide uel
incestuosi uel capitalibus crimi
nibus obnoxii. imperio cano
num ab ecclesie consortio et al
taris detruduntur: ita tunc temporibus
noui xpisti confessores a synagoga
eliminabantur. Quod passi
sunt nychodemus et Gamaliel:
multique alii. qui elegerunt ad
tempus hominum societate priuari
ut xpisto in perpetuum adhererent
Quod autem non solum a synago
gis eicerentur. verum etiam mor
te a ciuibus suis plecterentur:
manifestat dominus cum subiungit
Sed venit hora: ut omnis qui
interficit vos: arbitretur obse
quium se prestare deo Iudei dum
predicatores sancti ewangelii odiis
mortibusque persequerentur obse
quium se prestare deo arbitrati sunt:
putantes se per hoc legis exercere
vindictam Unde et beatus pau
lus testimonium dedit illis dicens
Emulationem legis habent: sed
non secundum scientiam Unde et hec
verba domini non de gentibus sed
de iudeis singulariter oportet
intelligi Ac si diceret Tribu
lationes quidem a cunctis gen
tibus vere passuri estis: sed
tanto eas perferte libencius:
quanto non tam odio vestro quam pra
ue legis emulatione vobis
eas inferre reputabunt Verum
nichil prodest illis legem que
per seruum data est defendere:
qui gratiam ewangelii que per
filium facta est noluerunt reci

pere Quod verbis non minime
apostoli consolantur: dum videlicet
audiunt ut diximus non suo odio
sed zelo diuine legis persecutio
nis aduersum se rabiem concitari
Et hec facient vobis: quia non no
uerunt patrem neque me Sancta
namque ecclesie fides accepit
patrem et filium vnius esse deitatis
atque potencie: atque ideo patris
siue filii cognitionem haberi a ne
mine posse hinc idem ewangelis
ta alibi dicit Omnis qui ne
gat filium: nec patrem habet Qui
confitetur filium: et patrem habet
Et alibi Omnis qui diligit eum qui
genuit: diligit eum qui genitus
est ab eo Frustra ergo iudei
de patris cognitione gloriantur:
qui filium recipere obstinato corde
renuerunt Iactent se de cultu
dei patris quantum volunt: fidem
nostram que in xpisto et per xpistum est
impugnent Nequaquam recte deo
patri placere poterunt: nunquam recta
ad noticiam illius peruenire va
lebunt: nisi xpistum in quo ianua
ad patris presenciam perueniendi
est Per fidem receperint et
equalem deo patri per omnia
crediderint Quid vero utilita
tis. quid ve leuaminis hec uer
ba domini apostolis conferrent: illi
co manifestauit cum subdidit
Sed hec locutus sum vobis: ut
cum venerit hora eorum id est
malorum que passuri estis: re
miniscamini. quia ego dixi vobis
Ac si diceret Idcirco vobis
ea que mei nominis causa passu
ri estis premitto: ut cum venerit
hora. hoc est tempus eorum
que predicta sunt. ad memori

am reducatis. in ista vobis predix
isse: propter presentia mala suffe
ratis. scientes quia ego qui po
tui vobis predicere: potero
cum venerint liberare. Magnum
siquidem genus consolationis apostolis
fuit: cum reminiscerentur inter
adversa a magistro suo de ta
libus fuisse premonitos: a quo
se pro laborum exercitiis sine
dubio noverant remunerandos.
Magnopere vero ista domini verba
sunt preponderanda. et non
otiose audienda. quibus ait: ego
dixi vobis. Ego videlicet deus
omnipotentissimus. ego qui pro vo
bis propria vita salutis sum moritu
rus vos que meo sanguine redemp
turus: qui in tribulatione vobis
semper adiutorium ministrabo: et
post tribulationes immortalibus
premiis vos victores remune
rabo: Ego dixi vobis. Tamquam
diceret. Cum ea que futura vobis
dixi adimpleta videritis. me
filium dei esse credatis: qui po
tui talia facere cum predixissem
et dicere antequam facerem. No
tandum vero quod ipse qui hic persecu
tionem futuram dixit. ipse post
pauca in eadem persecutione
fidelibus suum auxilium promittit
dicens. In mundo pressuram habe
bitis sed confidite: ego vici mun
dum: ipse quoque alibi eisdem
legitime certantibus premi
um pollicetur dicens. Bea
ti qui persecutionem patiuntur
propter iustitiam: Qui et mi
lites suos ne vilia possent ad
mirare et ne incassum vincat

immortalem solet post preli
a palmam rependere: Ihesus
christus dominus noster qui cum patre
et spiritu sancto vivit et reg
nat deus in secula eterna Amen